

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 161. Doctrina illa Sanctorum ratione multiplici illustratur &
roboratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

- de nullo modo fieri potest (nota bene omnino modum impossibilitatem, nullo modo fieri potest) quod formidine fit paucus, non dilectione iustitiae. Ex corde igitur nullo modo penitus ejici potest affectus ad peccatum formidine paucam, sine amore iustitiae.
- Conc. 25. in Psal. 11. 8. qui timore pene non amore iustitia, opus legis facit, profecto invitus facit.
- 1858 Prosper Sent. 117. qui timendo facit, serviliter facit, nec est omnis recti, quando malit, si fieri posset, id quod rectum est, non juberi. Et rursum: qui timore non peccat, abstinens ab opere malo, suam tamen reuect voluntate.
- 1859 Gregorius Magn. l. 1. Moral. c. 23. Ecclesiasticus simplicitatis sua & rectitudinis viae timore invobat, sed charitate consummat. Cuicunque fanditum est a malo recedere, cum ex amore experit jam nolle peccare; cum vero timore adhuc bona agit, a malo penitus non recessit.
- 1860 Ilidorus l. 2. de suin. bon. c. 21. aliud est non peccare amore dilectionis Dei... aliud timore supplicii. Qui enim amore ebaritatis Dei non peccat, horrebit omne malum, ampliovero iustitia bonum; nec eum delectat malum, etiamque seculum impunitus promittatur. Qui vero solam paenam supplicii in se vixit, reprimis, quamvis non exples opus peccati, vivit tamen in eo voluntas peccandi.
- 1861 Anselmus in c. 8. ad Rom. qui timore supplicii, non amore fanditum observabat legem, vellet utique non esse quod timaret, ut impunita ei legem praeferret, ac per hoc, tunc ipsam legem actibus impleret, Et in oculis hominum iustitia apparet, in oculis tamen interni inspectior erat iniustitia: quia quod forsitan in opere demonstrabat, intra in voluntate non habebat.
- 1862 Bernardus epist. 11. sola charitas est, que ab amore sui, & mundi, avertere possit animum, & in Deum dirigere. Nec timor quippe, nec amor privatus, convertit animam. Mutata interdum voluntas, vel actum, affectionem nunquam.
- 1863 Laurent. Iustinian. tr. de timore c. 5. timor servilis est, quo quis timet peccare propter paenam principalius [qualiter] timet, qui nullo alio motivo a peccato abstinet, quam timore peccati] sed inaniter putat se esse vicinem peccatis, qui timore pene non peccat. Quia est non impletus neglegit mala cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas inimici est hostis. Nam dum adhuc a prava actione formidanda pena prohibetur, profecto formidans animum nulla spiritus libertas tenet.
- 1864 S. Thomas 1. 2. q. 6. a. 6. docet ea, quia ex solo meru sunt esse involuntaria in se, & secundum te. Eta. 7. ad 2. in eo qui per metum aliquid agit, manet repugnativa voluntatis ad id quod agitur, secundum quod in se consideratur... Et ideo quod per metum agitur, quodammodo est involuntarum... quietiam tuam agit contra id quod, etiam nunc, secundum te vult. Retinet ergo effectum, sicutem habitualem ad ipsum, secundum se consideratum. Et q. 107. a. 1. ad 2. Lex vetus dicitur cohibere manum, non armam, quia qui timore parva [etiam] aeterna, quam lex vetus etiam communabatur] ab aliquo peccato abstinet, non simpliciter ejus voluntatis a peccato recedit, sicut recedit voluntas eius, qui amore iustitiae abstinet a peccato. Et 2. 2. q. 19. a. 9. timor servilis... potest habere annexam voluntatem peccandi. Ergo positivè non excludit voluntatem peccandi, etiam actualem. Eam quippe positivè excludere, est per actum contrarium excludere. Hoc autem non dicit simplicem negationem peccati (sic S. Doctor in 4. diff. 14. in expol. text.) quia qui intermissit peccati actum, non dicitur a peccato cessare; sed cessare a peccato, peccati affectum positivè excludere, propriè dicitur, cui peccatum secundum se dissipet, & peccatum dimittere simpliciter intenit, & hec est vera paenitentia. De tali profunde exclusione loquuntur Tridentinum supra.
- 1865 S. Bonaventura in spec. anim. c. 3. timor servili
- lis semper cura mortalium peccato est, cum quis dimittit facere peccatum propter paenam, non propter dilectionem. Quid haud dubie subintelligit. Agit enim de timore servilis, quo quis ut seruum, dimittit malum facere, non propter dilectionem, sed propter paenam timorem. Et in 3. diff. 34 q. 1. n. 59, loquens de timore inferni, propter illum timorem (inquit) celat homo à peccatorum perpetratione, dicit non omnino celat à voluntate.
- 1866 Allata tamen Sanctorum testimoniorum (qua per-
- petram à nonnullis gloriantur de timore servilis, serviliter sumpto, quo serviliter timens actu vel virtute dicit, peccarem, si gehenna non esset: cum gloria ita fundamentum non habeat in textu ipsorum, & rationes Sanctorum procedant etiam de timore serviliter, id non dicente actu, vel virtute, sed habitu dumtaxat, ut videtur c. seq.) non sic accipienda sunt, quasi servili gehennæ metu ab operi peccati abstinens, semper habebet actualem, vel virtualem voluntatem peccandi, si gehenna non esset. Quia iesus voluntatem istam annexam habere posuit, ut S. Thomas ait; semper tamen annexam non habet actu, nec virtute, sed plerumque in habitu vel radice dumtaxat, ut S. Bonaventura obterat loco proximè relata n. 65. dicens, quod cum illo metu, si non proficiat ad amorem, voluntas peccandi manet in habitu & radice. Ita etiam in dignis fiduci Catholicae adversari hereticos defensor J. Diedo L. de capt. & redempt. gen. hum. c. 2. ubi dicit, quid tumor divini judicii subinde cohabet non solum manum ab opere, ut timor paenae comminata ab humano Judice, sed & malam cupiditatem, ne intrus in actum prodeat. Additam tamen pri-
mo, utroque in mente vivere quandam peccandi voluntatem, quemadmodum demonstravit D. Augustinus. Secundo quid spiritus malignus in timore divinum judicium latenter adiacit vivit, quodque, quemadmodum docet D. Augustinus, latenter in eo vivo quadam peccandi voluntatis, propter quod nondum sit iustitia animus... proinde talis, adiacit carnalis, vellet sibi licetura frui creaturæ; & non esse ullam iustitiam prohibet, aut punientem peccata. Tertio quid eos qui solo servili metu folius paenae obediunt preceptis, abstinentes ab illis, neque esse curam pudoris, neque honestatis, virtutisque & castitatis amorem, velque timore primi, non emendari. Proximè tamen dicta explicans, dicit, quod is qui solo metu gehenna ignis coeret se ab opere malo, preceptum quidem ostendit, secundum amorem quemadmodum habitualem, seu radicem in tunc latenter, nondum renovatus spiritu a moris iustitia, sed non semper odium est in actu.
- Ceterum voluntas illa peccandi, si efficit im-
- punitas, non viciat timorem: quia non provenit ex timore, sed ex praesertim affectu ad peccatum secundum se. Quem quia solus gehenna timor plenè excludere nequit, sed solus amor Dei propter se; tandem manet, sicutem in habitu, quando per effectum contrarium positivè exclusus, & debite retractatus non fuerit.
- Legi omnino meretur illustriss. Pater Le Drou, in crudelissimo libro de Contraf. & Attrit. differt. 2. per totum, ubi argumenta à nobis proposita ex S. Augustino, Gregorio, Bernardo, S. Thoma, S. Bonaventura, &c. plurimum illustrat, invalidatque esse demonstrat contradicentium ad ea reponentes, & objectiones. Quod & facit differt. 4. c. 4. §. 6.

CAPUT CLXI.

Doctrina illa Sanctorum ratione multipliciter illustratur & robatur.

V

Alde observanda est doctrina Sanctorum, c. 1863
precedentem exhibita; utpote ex qua manifeste concludi videatur insufficiencia attritionis pure for-

Q993

midolos ad justificationem in Sacramento Poenit. Ad eam quippe Tridentinum necesse esse docet, ut contrito vel attrito, voluntatem peccandi excludat. Eam vero penitus excludere nequit, nisi penitus excludatur, sufficienterque retrahatur praesentis affectus ad peccatum secundum se. Ut propter qui tamdiu latenter vivit, & moraliter manet, faltem in habitu & radice, quamvis positivè non excluditur, nec retrahatur per affectum contrarium. Nec vero Concilium loquitur de exclusione merè negativa, per solam cessionem à voluntate actuali peccandi (quomodo quilibet vobis cogitatio alterius rei disparata actualiter peccandi voluntatem excludit) sed de exclusione positiva per contrarietatem & repugnantiam cum illa. Quia per hanc solam excludunt voluntas habitualis peccandi; sine cuius exclusione nemo potest iustificari. Sola etiam exclusio positiva, est exclusio propriæ dicta (de qua Trident. haud dubie intelligendum est) cum negativa potius sit non inclusio, quam exclusio; nec hostis à membris (proprie loquendo) exclusus censetur per non introitum in membra, sed per prohibitionem introitus & repulsam, ob quam non potuerit intrare. Quamobrem, est contingat quem habere dolorem, & non habere actualiter voluntatem peccandi, si tamen dolor talis non est, ut ex se repugnet simul cum eum tali voluntate, reverâ non est dobor qui excludat illam voluntatem, sed aliunde contingit illa carere inquit Suarez disp. 20. de Sacram. Poenit. fct. 4. Ita etiam Tantius disp. 4. de poenit. q. 6. dub. 4. n. 84. Reginaldus de prudencia Confess. fct. .c. 4. Et ante ipsos S. Thomas iupr. n. 1864.

Igitur ad propositum accedentes, Sanctorum doctrinam multiplici ratione, ex ipsorum sententiis desumptâ, illustramus.

1869 Prima itaque ratio, propter quam attritio ex solo servili metu gehennæ penitus excludere nequit præsentem affectum ad peccatum, secundum se sumptum, neque efficere, ut affectus ille moraliter non remaneat, saltem habitualiter, et quia affectus ille tamdiu non excluditur, sed moraliter remanet, saltem habitualiter, tamdiu non retrahatur per affectum contrarium. Neque enim aliter fit retrahatio, positivâ excludit, ut proximè vidimus. Unde August. iupr. deficiens peccandi non extinguitur nisi contrario desiderio, &c. Atqui dolor, iverâ disiplentia ex solo servili gehennæ metu, non est affectus contrarius affectui & complacentia erga peccatum secundum se. Neque enim voluntio & nolitio, amor & odium, complacientia & disiplentia erga eandem rem, quocunque modo spectata, invicem contrariantur, sed voluntio & nolitio, amor & odium, complacientia & disiplentia erga eandem rem, eodem modo spectata, ut notum est ex Dialecticis legibus, oppositorum & contrariorū. Sola proinde nolitio, solum odium, sola disiplentia peccati, secundum se spectata, contrariant voluntionem, amorem, & complacientiam peccati secundum se spectata. Atqui nolitio, odium & disiplentia peccati ex solo servili metu inferni, non est nolitio, odium & disiplentia peccati secundum se, sed secundum quod est inducitum inferni duntaxat. Neque enim perculsus timore inferni, sine alio adjuncto moto, aliter considerat peccatum, quam ut inferni inducitum. Quia ratio, seu confederatio alia est, seu diversa à ratione peccati secundum se. Intra est naturâ posterior, cum unumquodque prius natuâ confidetur in ordine ad se, quam in ordine ad effectum extrinsecum. Infernus vero, seu pena inferni, sine alio moto, est effectus extrinsecus peccati, secundum se confederatio. Igitur nolitio, odium & disiplentia peccati, ex solo servili timore interni, sine alio moto, non est nolitio, odium & disiplentia peccati secundum se, sed secundum rationem naturâ posteriorē. Ego non contrariant voluntionem, amorem & compla-

centia peccati secundum se. Ergo voluntionem, & morem & complacentiam istam non excludit, neque excludere potest, sed solus amor divina legis secundum se, cui peccatum secundum se contrariatur, iverâ dictum factum, & concupiscentiam contra divinam legem. Verissime ergo Augustinus: *desiderium peccandi non extinguitur, nisi contrario desiderio rechè facendi, ubi fides per dilectionem operatur.* Quia verba sententias suis inseruit S. Profer.

Secunda ratio (quâ illustratur, robaturque 1870 prior) sumitur ex S. Thoma i. 2. q. 6. ubi ex Philosopho, & Gregorio Nysseno, vel (ut alii placent) Nemelio, ait, ea que purè ex metu fiunt *hinc mixta esse ex voluntario, & involuntario, ut amantis voluntaria sunt, spectato omnibus circumstantiis occurrentibus, spectato utique malo effectu, quicunque sunt tamen involuntaria, in se, & secundum se, si praexitterit affectus erga rem (que metu abicitur) secundum se considerat.* Quia etiam doctrinâ est Damasceni i. 2. orthod. fid. c. 2. Theologorumque, & Philosophorum communiter. Ex ea vero manifestum est, quod voluntio abiciendi peccatum, spectato præcisè malo effectu, qui ex non abiectione timerit, non magis contrarie voluntationi abiciendi eam, secundum se spectatam, quoniam voluntarium illud contrarium sit involuntario, cui admittetur. Ac per consequens, quod voluntio abiciendi peccatum, spectato præcisè effectu, qui ex non abiectione timerit, non magis sit voluntio abiciendi peccatum secundum se, quoniam voluntarium illud sit abiectionis illius involuntario.

Tertia ratio hoc modo confitetur. Quandocumque aliquid secundum se amatum, subicitur ex solo timore mali extrinseci, & nulla alia ex causa, non abicitur illi amor præexistens erga rem secundum se, sed manet, saltem in habituali dispositione voluntatis, prout docet S. Thoma ibidem a. 2. ad 2. probatque ex differentia inter id quod ex solo timore, & id quod ex concupiscentia fit: siquidem in eo qui per metum aliquis agit (sine alio motivo) mance repugnant voluntatis ad id quod agitur secundum quod in se consideratur (manet ergo amor ipsius secundum se: cum repugnat illa non sit effusus timoris, sed amoris præexistens). sed in eo, qui aliquid agit per concupiscentiam... non manet prior voluntas, quia repudiat quod concupiscit, sed mutatur ad voluntatem id quod primita repudiat. Et id quod per metum agitur, quadammodo erga involuntariam (ratione inmanentem) spectatam secundum se spectatam) sed quod per concupiscentiam agitur, nullo modo. Nam inconstans concupiscentia agit contra id quod prius proponebat; non autem contra id quod nunc vult. Sed tamen agit contra id quod secundum se vult. Manifestum est ergo, quod amor, & voluntas rei secundum se, iuxta S. Doctorem, manet in mente, agenteque, vel abiciiente aliquid ex solo timore. Sic Mercator ex solo naufragio metu abiciens merces secundum se amat, non abicit, sed retinet amorem illius mercedis secundum se, tametsi ingruente temestate, ex timore eas abiceret velit, spectatas ut indutivas naufragii.

Ece igitur doctrina à Sanctis generaliter, & absque exceptione tradita: quam profecto abque exceptione non tradidissent, nisi generaliter veram censuerint. Generaliter veram ergo censuerunt, & generaliter procedere probat ratio S. Thoma. Quid igitur ad eam adversari?

Vident suam de servili attritione sufficientiam doctrinam per eam susque deque subverti. Ideo dicunt i. o. cam iolam procedere in actionibus, quae ex metu fiunt, ut nullam habent bonitatem, & amabilitatem, nisi medi ad vitandum malum quod timerit, ut in casu illo projectionis mercium.

Verum per hoc non evadunt: quid enim retinet, quod id quod metu fit, habeat, vel non habet aliam illam bonitatem, vel amabilitatem, si equidem a-

ia ista bonitas, amabilitasque hic & nunc non magis moveat agentem ex solo meo, quā si non esset? Atqui hic & nunc non magis moveat timorem, quā si non esset, dum hic & nunc non agit ex motiva ipsius, sed ex solo motivo timoris mortali extrinseci. In quo proinde casu bonitas illa, amabilitasque hic & nunc merē per accidens, & materialiter, vel concomitanter se habet, nullo modo formaliter.

1874 20. dicunt, in casu mēns naufragii, mirum non esse, quod prior effectus erga merces, secundum se spectat, per naufragium metum non abicitur: cum ad naufragium vitandum necesse non sit abicere affectum illum, sed merces dumtaxat. Ad infernum verò vitandum, non solum peccatum abiciendum est, sed & effectus ad peccatum, secundum se sumptum.

Sed nequie sic evadunt, neque hoc dictum obstat generalitatē Angelicae doctrinae. Sit enim, vel non sit necesse, abici affectum erga peccatum, secundum se spectat, ad vitandum infernum, eisdem affectus ille nunquam abicitur, nisi per effectum contrarium, ut docent Sancti, demonstrantque rationes allegatae. Nunquam proinde per solum timorem malī extrinseci, etiam inferni, sine alio motivo: quia nolitus peccati ex solo motivo timoris inferni, non contrariatur voluntati peccati secundum se, ut supra vidimus. Nec peccator, qui peccatum odit & averatur ex solo illo motivo, illud odit & averatur secundum se, & propter ea (ut etiam sanctus Thomas ait citato a. 6. ad 1. in id quod per metum agitur, motus voluntatis fertur, non propter seipsum, sed propter aliud, scilicet ad repellendum quod timeatur) solum proinde odit & averatur illud, quatenus induxitum est in inferni. Et sic inconveniens manet affectus veritas, quod sola nolit, diligenter, odiū, & aversio peccati secundum se, & propter se, contrarie affectui & complacientiae ad peccatum secundum se. Quod hęc supra latet si demonstratur, amplius demonstratur in simili, ex iis, quae de voluntate salutis hominum antecedentes, & consequentes, Theologoi docent, cum S. Thomas a. p. q. 10. a. 1. q. 28. vtrin. a. 3. Et in 1. dist. 17. q. 1. a. 1. & 2. Quemadmodum enim voluntas antecedens salvandi reprobus, quae fertur in eorum statim, secundum se spectatam, non contrariatur voluntati consequenti ipsos damnandi, quae sutor in eum damnationem, spectatis omnibus circumstantiis: id est voluntas antecedens salutis non excluditur per voluntatem consequentem damnationis ipsorum. Sic voluntas antecedens peccandi, quae peccatum placet secundum se, non contrariatur voluntati consequenti non peccandi, quae peccatum displace secundum suas circumstantias, seu malum effectum extrinsecum, cuius est inductuum: id est voluntas illa antecedens peccandi non excluditur per voluntatem consequentem non peccandi.

1875 Quarta ratio est: quia quisquis non recedit à voluntate peccandi, nisi cum aliqua diligientia, coactione, & involuntarietate, ex toto non recedit à voluntate peccandi, nec recedere potest: cum diligientia, coactione, & involuntarietas ista provenire negatur, nisi ex residuali complacientia, affectuque (salem habituali) ad peccatum secundum se: quae complacientia superflue, ex toto excludi non potest voluntas peccandi. At quisquis non recedit à voluntate peccandi, nisi ex puro puto timore inferni, absque alio motivo, ab ea non recedit, nisi cum aliqua diligientia, coactione, & involuntarietate. Quandoquidem omne quod ex proprio merito fit, contra præexistentem effectum erga rem secundum se, mixtum sit ex voluntario, & ex involuntario, ut supra dictum est, confirmatque Augustinus i. de spir. & lit. c. 31, dum ait, quod li-

cet metu aliquid faciens, voluntate facit: tamen, quia mallet aliud, id est invitus, id est nolens facere dicitur: malo quippe aliquo facere compellitur, quod volens evitare, vel à se renovere, facit quod cogitur... sed tamen non facit nisi volens. Et in expost. epist. ad Galat. timore ista impetrat cogebatur. Hęc porrò coadiut fit ex hoc, quod timeatur aliquod periculum imminentis (ait S. Thomas in 4. dist. 29. q. 1.) id est ista vis idem est quod metus, qui voluntatem cogit quod ammodi, dum compellit ad abiciendum aliquid secundum se prius amatum. Ed quod ad id compellat contra præexistentem illum amorem, ad eoque contra propriam inclinationem, quā mallet non esse malum, cujus timore compellitur ad illud abiciendum: quodque abiceri noller, si timor abficeret. Id est ergo quod per metum agitur, in se, & secundum se consideratum, non est voluntarium, sed involontarium, remanetque affectus ad illud, secundum se, sub conditione, fit alius metus non imminentis, ait S. Doctor ad 3. Quae omnia in servil timore inferni procedere sentent SS. Doctores, dum suprà aiunt, solo inferni timore à peccatis abstinentes, malle, si fieri posset, non esse quod timent, invitos à peccato recedere in ipsis remanente voluntati peccandi, si possent impunē, &c.

Quinta ratio est: quia amor peccati, verè & proprius dicitur, non extinguitur, nisi contrario odio peccati, verè & proprie dicitur, ut ex dictis constat. Sed peccatum verè & proprie non odit, qui illud secundum se, & proprie se non odit, sed secundum aliud, & proprie aliud dumtaxat, v.g. propter gehennam, ut demonstravimus cap. 156. argum. 5. Peccatum vero secundum se, & propter se, verè & proprie non odit, nisi qui iustitiam, sive Deum, verè & proprie, id est propter se diligit. In tantum enim quaque peccatum verè & proprie odit, in quantum bonum ipsi oppositum verè & proprie diligit. Bonum vero oppositum peccato, secundum se considerato, est iustitia, seu lex aeterna, sive Deus illud prohibens. In tantum proinde quaque peccatum odit, in quantum iustitiam diligit, ut Augustinus dicit epist. 144. Per consequens verè & proprie non odit peccatum, qui peccatum non odit secundum se, & proprie se, sed propter gehennam tantum. Solus ergo ille peccatum verè & proprie odit, qui ex iustitate & legis increta, seu Dei propter se amorem illud odit. Quia solus amator dicit iustitiae, seu Dei propter se, peccatum odit secundum se, & proprie se. Vide dicta loco citata.

Sexta ratio est: quia solus timor servilis inferni, ex propria essentiaque ratione sua nullam habet contrarietatem repugniantiamque cum propria & essentiaque ratione voluntatis mortaliter peccandi: solus ergo servilis timor inferni per se formaliter non repugnat voluntati mortaliter peccandi. Consequens perpicua est: solum quippe illud per se formaliter repugnat dicta voluntati, quod ei repugnat ex ratione propria & essentiaque. Probatur antecedens, quia propria & essentiaque ratio voluntatis formaliter peccandi sit in eo quod peccator Deo, amicitiisque divinis, creaturam voluntate preferat, eandemque amicitiam, propter eandem creaturam, interpretative sicutem contumaciam; cui voluntati sola illa voluntas ex propria essentiaque ratione sua contrariatur, que ex propria essentiaque ratione sua, Deum amicitiamque divinam, omni creatura preferat, & super omnem creaturam affluit; quod sola charitas, non solus timor gehennae facit.

Septima ratio: quemadmodum sola virtus per se formaliter opponitur viuo, sola honestas in honestati, sola iustitia in iustitiae; sic solus amor virtutis, honestatis & iustitiae secundum se, per se formaliter opponitur amori peccati, in honestatis & iustitiae secundum se. At ubi solus timor in-

fernī, ibi nullus amor, imō nec consideratio virtutis, nec honestatis, nec justitiae secundūm se. 1881 Octava ratio: voluntas peccandi positivē non excludit, nisi excludatur voluntaria aversio à Deo. Hæc autem positivē non excludit, nisi per contrariam conversionem ad Deum. Ad quem nemo convertit solo servili metu gehennā. Cūm converti ad Deum ex dīctis c. 145. it amare Deum. Quod non fit solo illo servili timore. Nam si adhuc propter penas times Deum, nondum amas, quem sic times, inquit Augustinus tr. 9. in epist. Joan. Et in Concilio Tridentino, cūm in prima Decreti delineatione Compilator dixisset: attritionem ex solo servili timore gehennā, sine amore vix concipi posse, Episcopus Tuditanus admōnit, falsō id dici. Idēque expunctum est. Enī vero quodcumque fit ex solo servili timore pena, sit ex solo sūi propter sē amore. Qui autem sē propter sē diligēt, non sē refert, nec proinde convertit ad Deum, sed ad seipsum converſat, non ad incomparabile aliquid convertit. Augustinus de doctr. Christi. c. 5.

Et confirmatur, quia se ad Deum non convertit, nisi qui in Deum tendit ut objectum prosecutionis (cūm conversio, actus fit prosecutio- nis, oppositus fugae) nullus verò tendens in Deum ex solo servili gehennā timore, in Deum tendit ut objectum prosecutionis, sed ut objectum fugae. Non enim tendit in Deum ut objectum amabili- le, sed ut terribile; neque ut bonum delectabile, vel utile, vel honestum, sed ut principium inīli- vum terribile pena. Quomodo Deus objectum est terribile, non amabile; objectum fugae, non prosecutionis.

1882 Nona ratio: timor purè servilis unice oriuntur ex amore sūi propter sē. Atqui amor sui propter sē positivē excludere nequit voluntatem omniaem peccandi: Tum quia defectuosus & inordinatus: tamētē enim detur amor sūi in substantia bonus, & sine vitio; quisquis tamen sūi propter sē ultimātē diligēt, cum defectu aliquo se frustarit, ait Augustinus loco citato. Non ergo sine vitio: quia dilectionem non refert in Deum, in quem omni proximi, & nostri dilectio finaliter referri debet, ut dicit 1. 2. doct. Christi. cap. 7. Unde ferm. 214. de temp. se (inquit) in se diligere, & sibi placere, non est ju- stitia charitas, sed superbia vanitas. Tum quia amor sūi propter sē, ibi silendo, unice querit qua sua sunt, non qua Jesu Christi. Atqui per amorem unice querentem qua sua sunt, non qua Jesu Christi, voluntas peccandi penitus excludi nequit: cūm amor ille non averetur peccatum, nisi quatenus deliciis, commodi, & quieti nostræ contrarium, non quatenus diuina iustitia adversus, vel Dei honoratiorum. Nequit igitur penitus excludere voluntatem peccati, quatenus est diuina iustitia adversus, Deique honoratiorum, sed voluntatem patienti dumtaxat. Tum denique quia tali amore peccator scipsum intensissime amare potest, & nihilominus velle peccare, ut constat in damnatis, in quibus intensissimus est amor sūi propter sē, sicut & intensissimus dolor de pena gehennā; cūm quo nihilominus volunt, & in æternū volent peccare. Et quām multi libidinosi scipios valde intēs diligunt, gehennamque vehementer apprehendunt; cūm eo tamen libidini indulgent.

1883 Quod autem timor purè servilis unice oriuntur ex amore oppositi boni, ut ex Augustino docet S. Thomas 1. 2. q. 49. a. 1. ex hoc enim quod aliquis amat aliquid bonum sequitur quod privativum talis boni sit ei malum, per consequens timeat ipsum, tamquam malum. Unde Augustinus in lib. 83. q. 7. 33. Nulli dubiam est, non aliā effe me- tuendi causam, nisi ne id quod amamus, aut adep-

tum amittam us, aut non ad ipsam amorem spectam. Et cur (amabo) peccator gehennam timeri, in eo timore sistendo? unicē quia sibi infert gravissima incommoda. Cur illa incommoda odit & timerit? quia commodum suum, seu commoda amat, quibus per incommoda illa privatur. In quorum amore dum sifit, nec eum ad Deum refert, se propter sē unicē amat. Igitur timor ille unicē oriuntur ex proprio amore sūi propter sē.

Dēcima ratio: quisquis peccandi voluntatem penitus abjectit & excludit, tūc animo comparatus est, ut peccare nollet, etiam si infernum non timeret (aliās nullus in ipso foret affectus, quo voluntatem hanc excluderet: peccare, si gehenna non esset: non omnem proinde peccandi voluntatem penitus excluderet) sed sic animo comparatus non est, qui nullo alio motivo adversus peccatum moverit, nisi solo metu gehennā. Quisquis enim animo sic comparatus est, affectus salem impictio dicit: non peccarem, etiam si infernum non timerem. Afflētu verò hoc non dicit, nec dicere potest voluntas, que nullo alio motivo adversus peccatum moverit, nisi timoris gehennā. Siquidem voluntas, que nullo alio motivo adversus peccatum moverit, adversus ipsum hic & nunc moveri non præsumitur, pro casu quo motiuū istud ei subtrahetur, cūm sine motivo moveri nequeat.

C A P U T CLXII.

Occurrunt iis, quae Adversarii opponunt Argumento sexto.

Objiciunt primō: Timor Domini expellit 1885 peccatum. Eccles. 1.

Respondeo, triplicem esse timorem Domini, fer- vilem, initialem, & filialem. Secundus & tertius peccatum expellunt per se formaliter. Primum sine secundo & tertio solū occasionaliter, vel catali- ter, vel dispositivē, in quantum disponit ad charita- tem, eique parat locum. Quia nī timore incepit homo Deum colere, non perveniet ad amorem. Aug. in Psal. 149. Et si timor nullus est, non est qui invet charitas, tract. 9. in epist. Joan. Quomodo id fiat, exponit in Psal. 127. Homines habent timorem, & per timorem continent se à peccato; si conjuncto iustitia, & incipit quod durum erat amari, & dulce est Deus, & iam incipit bono iudei vivere, propterea, non quia times pœnam, sed quia amat eternitatem. Exclusus est ergo servilis timor à charitate, sed succedit timor cajui.

Objiciunt 2^o: Tridentinū scsl. 6. can. 8. & 1885 scsl. 14. c. 4. Sed perperam, ut videbitur, sequenti- Objiciunt 3^o: Alexander VII. in Decreto de 1887 Maii 1667. supponit attritionem, ex gehenna metu conceptam, peccandi excludere voluntatem. At enim, Scholasticos quodam... inter se con- tendere, an illa attrito, quæ concipiatur ex misera- hennā, excludens voluntatem peccandi, cum spe- cie... requirat iniquiter aliquem actum dilectionis Dei, &c.

Respondeo, id non supponere, nisi in narrati- va, quæ cūm non sit Pontificis, sed Pontifici fa- cta ab assertoribus attritionis purè formidolosum, ut tenor manifestat, id non supponit ex mente sua, sed ex narratione ipsorum, quæ an vera sit, an fal- fa, Pontifex ibi non declarat.

Objiciunt 4^o: Basilius in Psal. 33. Ambrosius, 1888 Augustinus, aliisque Patres subinde aūunt, quod homo per gehennam mortum se cohibet à peccato, imō à peccandi voluntate, sive (ut Basilius) ab ea, quæ ad malum est, cupiditate.

Respondeo, vel id dicunt de timore initiali, vel filiali, vel de servili in sensu causalī, vel occa- sionali, non in sensu formalī, in quo ex dīctis per- spicua est doctrina ipsorum proassertione nostra.

Objiciunt 5^o: Sauctorum doctrina, pro assertio- nione